

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

Bosco, Jean a

Lovanii, 1678

Concl. III. Signum externum, quod requiritur ad contractum Matrimonii,
non necessario est vox.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](#)

CONCLUSIO III.

Signum externum, quod requiri-
tur ad contractum Matrimo-
ni, non necessario est vox.

90.
An signum
in contractu
Matr. neces-
sario debet
esse vox.

Sanchez.
Pontius.

91.
Non debet
esse ex jure
naturali.

Quare re-
gulariter u-
zamur ver-
bis in con-
tractibus.
D. Aug.

92.
Potuisse
Ecclesia pra-
scribere cer-
ta verba in
hoc contra-
ctu pro his
qui loqui
possunt.

Non sufficere consensum merè internum; sed insuper necessarium esse signum aliquod extrinsecum seu expressum, li-
quid confat ex dictis Conclus. I. Porro du-
bitatur & controvertitur inter D.D. an istud signum in contractu Matrimonii necessario debet esse vox, an vero sufficiat nutus, vel aliud signum reale æquivalens: sufficiat, in-
quam, tam ad rationem contractus, quam Sacramenti; tam ad licitum, quam ad vali-
dum contractum seu Sacramentum; five in his qui loqui valent, five in illis, qui elingunt
sunt. Varii varie de hac re censuerunt, ut videre est apud Sanchez lib. 2. disp. 31. & Basil. Pont. I. 2. c. 7.

Conclusio nostra, quæ communior est, intellecta tam de licto, quam de valido con-
tractu & Sacramento, five in his, qui lo-
qui valent, five in illis, qui elingunt sunt,
probatur; quia nullo iure potest ostendti ne-
cessitas signi vocalis. Nam in primis; certum
est, jus naturale non magis postulare verba
ad hunc contractum, quam ad quolibet alios.
Quæ enim sufficiens ratio disparitatis?
Quippe ideo tantum jus naturale requirit signum
externum, ut consensus internus alteri
parti possit innotescere; jam autem per nutus,
& alia signa realia, & quæ innotescit hic
consensus, atque per verba proprie dicta.

Interim regulariter, qui possunt uti ver-
bis, eis utuntur tam in hoc, quam in aliis
contractibus; quia illa magis ordinata sunt
ad exprimendos actus internos intellectus &
voluntatis, teste D. August. lib. de Doct.
Christianæ c. 3. ibi: Verba enim prorsus inter
homines obinuerunt principatum significandi
quecumque animo concipiuntur, si ea prodere
quisque velit. Et ratione post pauca subjungi:
Nam & illa signa omnia, quorum genera
breviter attingi, potui verbis enunciare, verba ve-
rò illis signis nullo modo possum.

Quod attinet ad jus positivum, procul du-
bio istud potuisse prescribere certam for-
matum verborum pro his, qui loqui possunt,
five ad validum, five ad licitum contractum,
prout prescribit certam formatum verborum,
fine stipulatio non valet. Instit. de Verb.
oblig. in principio: Verbis obligatio contrahab-
itur ex interrogacione, & responsione, cum quid
dari servire nobis stipulamur.... in hac re olim ta-
lia verba tradita fuerunt. Spondes? Spondeo.
Promittis? Promitto. Fide promittis? Fide pro-

mitto. Fide jubes? Fide jubeo. Dabit? Dabo. Fa-
cies? Faciam. Item l. 5. ff. de Verb. oblig. ibi:
Stipulatio autem est verborum conceptio, quibus
is, qui interrogatur, daturum factumve se,
quod interrogatum est, responderit.

Simili ergo modo potuisse Ecclesia pra-
scribere certam formatum verborum, contra-
dictio. & Sacramento Matrimonii adhiben-
dam, saltem sub peccato, ab omnibus illis,
qui possent eam commodè adhibere; immo
etiam necessariam ad valorem; sicuti pra-
scriptis alias conditiones, quæ ex jure natu-
rali non requiruntur. An autem prescriptio-
rit, hoc est quod queritur, & non prescrip-
tisse, videtur probari ex Conc. Florent. in
Decret. Eugen. ibi: Septimum est Sacra-
mentum Matrimonii, quod est signum conjunctionis
Christi & Ecclesiae secundum Apostolum. Cau-
sæficiens Matrimonii regulariter, eti matu-
sus consensus per verba de presenti expressus.

Ubi nota ly Regulariter, quod non additur
in aliis Sacramentis, sed in eis Pontificis sim-
pliciter requirit certam formatum verborum,
ut patet ex textu. Idem ergo hic fecisset, si
talis forma foret abolitum necessaria ad valo-
rem Matrimonii. Dixit autem: Regulariter
per verba; quia hic est communis modus con-
trahendi Matrimonium, & maximè conve-
niens, quando commodè possint verba ad-
hiberi.

Præterea: cap. Tua fraternitat. 25. de
Spon. Innoc. 3. interrogatus, an ex solis ver-
bis, & ex quibus Matrimonium contra-
tur. Respondit: Quod Matrimonium in vo-
riate contrahatur per legitimum viri & mul-
teris consensus, sed necessaria sunt, quantum ad
Ecclesiam, verba consensus exprimentia de pre-
senti. Nam surdi & muti possunt contrahere
Matrimonium per consensus mutuum sine ver-
bis. Ubi Glos. verb. Verba. inquit: Licit
enim solo consensus contrahatur Matrimonium
sine verbis, ut in mutis. sup. eod. Cum apud
amen in his, qui loqui possunt, non contrahatur
sine verbis, per quæ exprimatur consensus, que
ad hoc inventa sunt, 22. q. 2. Is autem qui: Val-
et aliquid aliud, puta ipso facto, per quod in-
telleguntur consentire, contrahetur Matrimo-
nium; sicut dixit lex de fideicommisso, quod nu-
ta relinquunt posse, dum tamen possit loqui. Cod. de
Fideic l. Et in ep. ff. de Leg. 3. Nutu. Hec Glos.
Ubi aperte docet nostram sententiam, scilicet
sufficere nutrum ad Matrimonium, etiam
in his, qui loqui possunt. Unde & subiungit:
Si tamen parentes contrahant pro filiis presen-
tibus, sufficit nutrum eorum taciturnitas, 32. q. 2.
Honorablem. ff. de Spon. Sed ea quæ patris Et
idem credo, si per alios contrahatur, subsequente
annuli subiunctione.

Accedant sequentia jura. c. Veniens 2. c. 1. Et
qui fidem, & cap. fin. de Spon. in quibus de-
cernitur, sponsalia de futuro, subsecuta co-
pula,

93
Non pr
scripsi
prelate
Dicitur
4.
95
Respondens
Aniqua
ram, non
valere Ma
trimoniu
extra casu
a jure
profici.
Pontius.

pulā, transire in Matrimonium. Quid in
dubie intelligendum est, etiam in iis, qui
loqui possunt. Neque refert; quod forte
verba praecesserint in sponsalibus; quia &
haec non requiruntur ad valida aut licita
sponsalia; ac aliud illa verba non exprimunt
confusum matrimoniale, de quibus
verbis hic solum agitur.

96
Præter ex
Dicitur Lag.
97.
Item ex d.
l. m. it.
Et
Is. & d.
l. r. m. T.
l. a.
98.
Respon
datur
99.
Prima respon
ad d. cap.
25.

Respondent Aliqui: illa jura & similia
(que videri possunt apud Pontium supra
numero octavo) solum probare, quod in
casibus, à jure expressis, valeat Matrimo-
nium sine verbis. Interim propter duo
priora jura, id est, propter decretum Eug.
& cap. *Tue Fraternitati*, dicunt, extra il-
los casus non valere. Et hanc sententiam
dictum Pontius supra numero quarto, mag-
nam habere probabilitatis speciem. Quippe
cū Eug. dicat, causam efficientem
Matrimonii, esse consensem expressum re-
gulariter per verba, recte exinde inferri
videtur: ergo aliquando necessaria sunt
verba; alias hoc Sacramentum neque regu-
lariter constaret verbis, sed sine illis
semper posset perfici. Cū ergo Eug. non
semper, sed regulariter verba postulaverit,
& sic limitaverit eam universalem
propositionem, quam initio dixit, scilicet
Sacraenta perfici verbis ut formam, ne-
cessa est dicere, regulariter loquendo, id
est, nisi in casibus à jure expressis, verba
necessariò requiri pro forma Matrimo-
nii.

Explico & urgeo magis: Si Eug. non
diceret absolutè, in Sacramento Pœnitentiæ
formam esse verba, sed Regulariter; nullus
assereret, in nullo casu esse necessaria
verba, scilicet quando præsenti ministratur.
Item; si in Sacramento Matrimonii
non adhibuisset illam particulam, Regu-
lariter; nullus diceret, non esse necessaria
verba. Ergo cū solum indicaverit ali-
quos casus excipi, planum relinquit, in
aliis necessaria esse: ita ut sententia Eug.
huius æquivaleat: *Verba necessaria sunt in
Matrimonio, sicut in aliis Sacramentis, non
nullis casibus exceptis, qui à jure exprimuntur.*
Ita Pontius sup. n. 4.

Quantum attinet ad cap. *Tue Fraterni-
tati*, licet hoc asserat, posse esse Matrimo-
nium sine verbis, ut in mutis: atta-
men de loquentibus inquit, verba esse ne-
cessaria quoad Ecclesiam. Quibus id tan-
tum velle videtur, ex Ecclesiæ institutio-
ne esse necessaria verba in illis. Nomine au-
tem verborum eo loco non possunt intelli-
gi signa æquipollentia: agit enim de ver-
bis, ut distinguuntur à signis: inquit enim,
nec verba sine consenso sufficere,
ut in pueris; neque consensem sine verbis
iustilem, quia muti sine verbis contra-

hunt: in aliis autem ex Ecclesiæ constitu-
tione esse necessaria, cum id optimè sta-
tuere potuerit Ecclesia. Ita arguit Pontius
suprà num. 3. pro illa sententia, quam ad-
scribit Innoc. & Joan. Andreas in dict. cap.
Tue.

Sed propterā non est recedendum à com-
muni sententia; nam facilis est responsio,
in primis ad decretum Eug. ly, *Regulariter,*
non referri ad casus jure expressos vel non
expressos; sed ad omnia Matrimonia, quæ
secundum communem modum agendi ho-
minum verbi contrahuntur, quāvis per
accidens aliter contrahi possint, & subinde
contrahantur. Igitur ex illo verbo colligi
non potest, in aliquo saltem casu verba esse
necessaria; sed solum colligitur vel verba,
vel aliud signum æquivalens esse necessari-
um. Et idem dicendum est, si in for-
ma Pœnitentiæ dixisset Pontifex, eam re-
gulariter per verba fieri debere; diceremus,
inquam, non semper verba, neque semper
per nutus aut litteras, sed unum vel aliud
esse necessarium. At quia in eo Sacramen-
to abolutè & sine limitatione dixit, verba
esse formam; hinc nullà ratione, ut vidi-
mus suo loco, sine periculo erroris affir-
mari potest, Absolutionem posse dari in
scriptis; estd eriam absens ab solvi posset;
quod tamen falsum est, ut alibi ostendimus.

Sanè vero simile non est, quod si verba
effici necessaria sive ad valorem contractus,
sive ad valorem Sacramenti, saltem in ali-
quo casu, Pontifex id tacuisse, qui exactè
in unoquoque Sacramento formam & ma-
teriam explicit. Neque credibile est, Ma-
trimonium aliter evenit effici rationem
Sacramenti, nisi spectatum secundum id,
quod in ratione contractus habet inter ho-
mines, ne multi in multis casibus frustra-
retrient effectu Sacramenti. Hæc satis circa
decretem Eug.

Venio ad cap. *Tue Fraternitati*, ad quod
respondetur primò, ly *Necessaria*, posse ac-
cipi pro ly *Utilia*, ut sensus sit, utile esse
in ordine ad Ecclesiam, quod Matrimo-
nium verbi contrahatur, quia sic facilius
probatur contractum; argumen. l. 4. ff. de
Fide instrument. sequentis tenoris: *In re hy-
poteca nomine obligata, ad rem non pertinet,
quibus fit verba; sicuti est & in his obligatio-
nibus, que consenserit contrahuntur. Et id est
sine scriptura, si convenit, ut hypotheca sit,
& probari poterit, res obligata erit, de qua
conveniant. Fiant enim de his scripturæ, ut
quod actum est, per eas facilius probari possit.*
Et sine his autem valeat, quod actum est,
si habeat probationem, sicut & nuptia sunt,
licet testatio sine scriptis habita est. Ergo
consimiliter, quāvis per verba facilius
probari possit Matrimonium, sine his ta-

Cc men

³² men valet quod actum est , si habeat proba-
tionem , sicuti habere potest.

100. Verum (inquit Pontius supra numero
Secunda undecimo) ut magis retineamus propri-
resp. ex Pon- tatem vocis *Necessarium*, addamus duplex
tio. esse Mattimonium, aliud presumptum,

100. Verum (inquit Pontius supra numero
Secunda undecimo) ut magis retineamus proprietatem vocis *Necessarium*, addamus duplex
resp. ex Pon-
to. esse Mattrimonium, aliud praesumptum,
quod ex facto ipso presumitur, & probatur, scilicet ex secuta copula vel co-
habitatione aut traductione; cap. Ad id,
cap. *Is qui fidem*, cap. *Per tuas*, & cap. *Il-
lud*, de Sponsal. & in hoc non est quod la-
boret Iudex, ut aliam probationem requi-
rat, cum sufficiat eam praedictis casibus
ab ipso iure induci. At in Matrimonio ve-
ro, consensum legitimum verbis proban-
dum esse, quæ prolatæ sint, & testes au-
dierint. Itaque verba dixit necessaria esse
ad probationem veri Matrimonii, non pra-
sumpti. Ex eo autem, quod ad probatio-
nem necessaria sint, colligitur suppleri po-
le, ut in mutis & absentibus, per æquipoli-
lentia. Ita Pontius.

IOL. Sanchez autem suprà num. 5. portiū ad-
hæret primæ responſioni, dicens: Con-
ſultus ibi Pontifex, an verba fint necessa-
ria ad Matrimonium; Respondeat, ſolùm
conſenſum legitimum requiri, & non in-
telligit de conſenſu interno, ſed de con-
ſenſu explicito verbiſ vel ſigniſ; quod ma-
nifeste probatur ex verbiſ. **Nam & mutuſ;**
ibi enim afflignans rationem ad comproban-
dum, ſolūm conſenſum ſatis eſſe, ſic ait:
Nam & mutuſ ſine verbiſ poteſt contrahere;
ſi enim non intellexiſet, ſolūm conſenſum,
verbiſ vel ſigniſ explicitum, ſuffi-
ceſte, ille verbiſculiſ non bene correfpondere
precedentiibus, nulliusque rei ratione-
redderet.

Nec obstat Pontificem addidisse, verba esse necessaria quoad Ecclesiam; quia non credendum est, statim Pontificem se cor- rectissime, iuxta 1. *Non ad ea, ff.* de Condit. & demonst. eò vel maximè, quia non dixit, abfolutiè esse necessaria verba; sed quoad Ecclesiam, hoc est, quoad faciliorē pro- bationem in foro externo Ecclesiæ. Hac ille.

102. Aliqui per verba in isto jure etiam intellegunt alia signa æquipollentia. Sed contraria facit; quod, ut suprā insinuavimus, jus illud distinguat inter Matrimonium contractum per verba, & inter Matrimonium muti, quod tamen etiam debet fieri per alia signa æquipollentia.

Sanchez. Responde Sanchez lupri num. 6. negando illud discrimen statui; sed Pontifex, inquit, statuere voluit, non esse necessaria verba, idque probat, et quod muti absque verbis contrahere possint.

103. Deinde censent nonnulli apud Sanchez
Alii dicunt, suprà in principio: Pontificem eo cap. non

constituere novum jus, eo quod privatæ ^{Pontificis} consultationi respondeat. Sed haec solutio ^{obiam in} displicet Sanchio; verius enim est, inquit, ^{futuram.} ^{vum juc.} Pontificem in responsum consultationi pri- ^{sancit.} vatæ, legem generalem constituere, ut con-
stat ex cap. i. dist. 19. ex quo liquet, Epis-
tolam Pontificis, aliquod dubium inter-
pretantem, censendam esse decretalem; &
doceat Glossa, cap. Ex tua, verb. *Consultatio-*
nis, de Filiis Presbyterorum. Constat etiam
ex 1. fin. Cod. de Legibus. Ita Sanchez cum

Alius, quos citat.
Subscribo verba leg. fin. *Si Imperialis L. fin. C.*
Majestas causam cognitio[n]iter examinaverit, & partibus cominius confiuuiis, senten-
tiam dixerit, omnes omnino Iudicis, qui sub
nostro imperio sunt, sciant hanc esse legem non
solum illi causa, pro qua producta est, sed &
omnibus similibus. Accedant verba Gloss.
Cum respondeatur consultationi, ius commun
offenditur per responsionem, arg. infra de Voto
& voti redempti. Ex multa. Verba cap. i.
dist. 19. non refero; quia non clare significata
intentum, nam ibi non queritur, an
Epistola Pontificum, aliquod dubium in
interpretantes, censendae sint decretales, sed
utrum decretales Epistolas vim auctoritatis
habeant, cum in corpore Canonum non in
veniantur; & resolvitur pars affirmans.

Et his fidei erit explicare alia iura,
quae nobis objiciuntur. Atque in primis
cap. Liceat, 3. de Sponfa duorum, ibi:
*Si inter virum & mulierem legitimus con-
senitus interveniat de praesenti, ita quidam
quod unus alterum in suo mutuo consensu, iam
verbis consuetis espresso recipiat, utroque di-
cente: Ego accipio te in meam: Siue sit iuramentum
interpositum, siue non: non licet mulieri
alii nubere. Ergo si non receperit unus al-
terum verbis illis consuetis, licet mulieri
alii nubere; ergo non valet Matrimonium
sine verbis.*

Respondet Pontifex Alexand. III. ibi 15
solum decernit, sponsalia de praesenti, si-
ve Matrimonium legitimè contractum, non
dissolvi per sequens Matrimonium, etiam
consummatum: nam sequitur: *Et si nup-
serit, etiamsi carnalis copula sit secura, ab eo
separari debet, & ut ad primum redeat Ec-
clesiasticae distinctione compelli.* Facit autem
mentionem verborum, quia illis regula-
riter contrahitur Matrimonium; non au-
tem, quasi jure constitutum sit illa adhiberi.
Et maximè illa verba: *Ego accipio te &c. cum
certum sit apud Omnes, line illis, cum aliis
æquivalentibus, Matrimonium valere; er-
go etiam sine illis verbis, cum aliis signis
æquivalentibus.*

Hinc Pontifex addidit ly *Confueris*, ut
significaret, se non determinare ista verba
pro

pro forma necessaria; sed pro forma ordinaria, & indubie sufficiente ad validum Matrimonium; an autem sine ulla verbi posset Matrimonium validè contrahi, cum aliis signis æquivalentibus, ibi non quærebatur, & ideo nihil circa hoc ibi determinatur.

106. Similiter responderetur ad cap. 1. eod. tit. ibi: *Fides autem consensus est, quando eis non constringit manum, corde tamen & ore consentit ducere, & mutuo se concedunt annus alii, & mutuo se suscipiunt.* Ubi solum decernitur, verba sufficere, sine datione seu constrictione manus; nullo autem pacto significatur, consensum oris esse necessarium.

107. Objicitur præterea cap. Consultationi, 28. de Sponfali. ibi: *Sane illis, quæ benedictione accepta, mox à sponsis aufugiant ante carnis copulam subsecutam, afferentes, se nunquam in illos veracriter consenserent, sed metu ilato compulsa, verba protulisse consenserent* &c.

108. Respondeo: hic, & alibi, vel verba accipiuntur pro qualibet signo externo, sufficienter expressivo consensu interni; aut certè Pontifices narrant, quod factum fuit, & exemplificativè dumtaxat loquuntur, non verò jus constitutum.

Si denique aliquis nobis objiciat Matrimonium spirituale, v. g. electionem Episcopi, in qua requiruntur verba, cap. *Cum inter Canones, 21. & cap. Quia proper, 42.* de Electione. & alibi. Respondeo: in positivis non esse argumentandum à simili, vel à pari, nisi ad evitandum aliquod inconveniens seu absurdum. Adde; quod professio Religiosa etiam vocetur conjugium spirituale, & tamen sine verbis, solis nubibus, aut aliis signis fieri potest; arg. cap. 4. de Regulari. *Vidua si sponte velum conversionis, quamvis non sacram, sibi imposuerit, & in Ecclesia inter velatas oblationem Dei obtulerit, velin nolit, sanctimonie habitum ultius debet habere: licet Sacramento firmare velit, eo tenore velamen sibi imposuisse, ut deponere possit.*

Quæ cùm ita sint, perficto in Concluſ. & dico: verba formalia seu propriè dicta non esse necessaria neque ad validum, neque ad licitum Matrimonium, sive in ratione contractus, sive in ratione Sacramenti, nequidem in illis, qui commode loqui possent, si vellent; adeò, ut, per se loquendo, non peccent, ne quidem venialiter, tametsi sine verbis contrahant; quia ubi non est lex, nec prævaricatio, teste Apostolo Rom. 4. v. 15. Omne autem peccatum propriè dictum, est, prævaricatio legis, juxta illud D. Ambr. lib. de Parad. c. 8. *Non consisteret peccatum, si interdictio non fuisset.*

Dixi: *Per se loquendo; quia per accidentem.* 110. ut si ex eo, quod non adhiberent verba, redderetur dubius contractus Matrimonii, unde scandala litesque oriri possent, foret peccatum mortale. Immò Sanchez supra num. 10. Sanchezs

ter simpliciter, culpam esse veniale, non exprimere verbis, sed solis signis consensum, nisi iusta causa excusat; quia inquit, à recta ratione alienum est, in hoc gravissimo contractu non exprimere consensum commodiori modo possibili; verba autem melius & clarius, quam alia signa consensum exprimunt. Unde non negat Sanchez omnem legem seu quocumque præceptum, sed tantum præceptum Ecclesiæ; sic enim incipit ille numerus: *Mihi tamen multò verius est, nullum esse de hoc Ecclesiæ præceptum, quia textus scriptura id non probant; solum enim narrant factum, & exemplificativè loquuntur.*

Quod & ego suppono ex dictis; & quia nolo multiplicare peccata, etiam tantum venialia, sine solidi fundamento; dico, nullum esse peccatum, nequidem veniale, contrahere sine verbis, quando aliund contractus omnino est certò validus, ita ut nullum sit omnino periculum vel levissimi scandali, aut alterius incommodi; estò enim recta ratio dicter, conveniens esse, ut contrahatur verbis, quando id commode fieri potest; equidem contrarium esse alienum à recta ratione, id est oppositum rectae rationi, hic & nunc obliganti, non satis videlicet.

Sanè quamplurima sunt, quæ secundum rectam rationem convenientius fuerint hoc vel illo modo, quæ tamen propriea non sunt peccata, nequidem venialia, etiam si tali modo non siant; v. g. etiam convenientius foret, ut sponsalia contraherentur verbis propriè dictis, quia per ipsa consensus melius exprimitur, quis tamen propriea dixerit, si alio modo fiat, esse peccatum veniale?

Fateor, non est contractus gravissimus; 112. sed tamen satis gravis est; ut recta ratio sicut non est dicter, plane conveniens esse, ut commode peccatum si ditori modo fiat. Nonnè etiam contractus, quo quis vendit se in perpetuum servum, aut renuntiat omnibus bonis tam presentibus, quam furoris, gravissimus est? Num idèo erit, peccatum veniale sine verbis per alia signa æquivalentia eum celebrare? Immò convenientius possit videiri, si celebraretur scripto, quia littera scripta manet, & sic melius per scriptum potest probari, casu quo pars vellat à contractu initio resilire.

Itaque nisi afferatur aliud jus positivum Ecclesiæ, quod in contractu Matrimonii

Disput. II. De Contractu & Sacramento Matrimonii.

204 præcipiat verba formalia & propriæ dicta, nullum mihi apparet, per se loquendo, peccatum veniale, absque illis contrahere. Ut autem aliquid tale jus esset (quod non) solum erit peccatum veniale aliter contrahere, quia res est levis.

113. Dices: videtur aliquid tale jus reperi in Conc. Trident. Sess. 24. de Reform. Marr. c. i. ibi: Si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem Matrimonii in facie Ecclesiae procedatur; ubi Parochus viro & muliere interrogatus, & eorum mutuo consensu intellecto, &c.

Diluitur. Respondco: interrogatio ista non dicitur debere fieri verbis; nam & Parochus mutus posset afflire, saltem validè. Deinde; est Parochus verbis deberet interrogare, ubi dicitur, quod vir & mulier verbis debeat respondere? Eorum (inquit Conc.) mutuo consensu intellecto; potest autem mutuum consentire intelligere, tametsi non exprimatur verbis. Igitur nec ex Conc. Trident. probatur necessitas aliqua verborum, & per consequens non probatur omissione verborum peccatum; ergo ex nullo jure positivo Ecclesie. Sed neque ex jure naturali, eo salvo, ut alia signa non relinquant contractum dubium. Quod etiam bene notandum est in ipsis verbis, ut videlicet talia sint, quæ, absque aliqua obscuritate aut dubitatione, exprimant consensum mutuum de presenti; alioquin etiam graviter possit peccari, propter scandala & litigia, quæ exinde solent oriiri.

Si autem à me queritur, quæ sint verba certa, & quæ dubia? Respondeo cito;

CONCLUSIO IV.

Formæ verborum, quibus certo contrahitur Matrimonium, sunt hæ & similes: Te accipio in meam: Ex nunc teneo te pro uxore: Ab hoc tempore servabo tibi fidem ut uxori. Idem est, si viro dicenti: Accipio te in meam, ipsa respondeat; Placet, aut, Consentio. Dubia forma est: Volo te habere in uxorem. Item: Habebo te in uxorem: Providebo tibi ut uxori, si non addatur: Ex nunc.

114. Prima forma habetur cap. penul. de Spon-
sal. in principio: Si inter virum & mu-
lierem legitimus consensus interveniat de pre-
sentis, ita quod unus alterum mutuo consensu,
verbis consuetis expresso, recipiat, utroque dicen-

te: Ego te in meam accipio. Et: Ego te accipio in meum.

Secundam formam, & tertiam, habet cap. penul.
9. eod. tit. in principio: Ex parte C. mulieris & 9. de
nobis intimatum est, quod Andreas juramen-
tum præstet, quod eam ab eo tempore pro con-
juge teneat, & ei sicut uxori sua fidem ser-
varet. Ipsa quoque eidem Andreas juravit, seil-
lum pro marito habitaram & fidem ei iam-
quam vivo proprio servaturam.

Quarta forma deducitur ex prima; nam qui consentit alteri, ut accipiatur in uxorem, implicitè consentit eum accipere in virum, & eum in virum accipit, cum non posse esse uxori, nisi alter sit ejus vir. De his ergo formis non est relietus dubitandi locus; quia manifestè significant consensum de presenti.

Utrique & sequentes: Teneo, vel, habeo pro uxore; Ex nunc providebo tibi ut uxori; Volo te in uxorem, nisi aliqua particula addatur quæ suspendat executionem in futurum: v.g. pro si dicat: Accipio te in crastinum; Volo te, aut, verba teneo te in crastinum. Sicut enim fieri potest pro per adjunctam particulam, ut verbis futuri temporis significet consensum de praesenti, it, ut hic: Ex nunc providebo tibi ut uxori; sic enim etiam per adjunctam particulam fieri potest, ut verbum praesentis temporis solum significet consentium de futuro, qui non sufficit ad Matrimonium, ut constat ex supra dictis; sed tantum ad sponsalia, quæ sunt promissio futuri Matrimonii.

Diligenter ergo attendendum est, an verba, quibus consensus exprimitur, sive per le ipsa, sive ex aliis circumstantiis, significant consensum de praesenti; an vero solum pro tempore futuro; ut sciri possit, quando conficiant Matrimonium, quando autem solum in sponsalia. Et hinc dubitatur de his formis. Habebo te pro uxore; Providebo tibi ut uxori, & similibus, sic solitariè prolatis, an conficiant Matrimonium, an vero solum sponsalia; quia dubitatur, an significant consensum de praesenti, an vero solum consensum de futuro.

Equidem significare consensum de praesenti, existimat Pontius l. 2. c. 9. 0. 4. & probat primò; quia in cap. Si quis divinæ 30. 9. 5. 14. 3. 21. valere dicitur Matrimonium ejus, qui juravit, se habiturum in uxorem. Hæc sunt verba textus: Si quis, divinis tactis Scripturis, ju raverit mulieri, legitimam se eam uxorem habitum, vel si in oratorio tale sacramentum derit, sit illa legitima uxor; quamvis nulla dictum scriptura alia interposita sit. Quem textum delcripsit Gratianus ex Novella Con-

stit. 74. c. 5.

Nec vero ejus vim excludit Tho. Sanchez, secutus Gutierrez & Alios, cum in. Quemquit, (lib. 1. disp. 18. n. 21.) non esse de obiecto cre-